

I S A G O G E S A STROLOGIÆ IVDICIARIAE

CLARISSIMI MATHEMATICI IOANNIS

Schoneri Carolostadij pars prima: seriem ac
dispositionem Ephemeridis explicans.

CANON PRIMVS.



RINCIPIO PONIT VR NUMERVS
anni, ad quem ipsa Ephemeris est calculata; deinde sequi-
tur aureus numerus, Ciclus solaris, litera Dominicalis, In-
dictio, Interuallū, & coetera festa mobilia, & si quod lu-
minarium eo anno defectum luminis patietur, cum de-
bita eius figuraione. Cœterum etiam quinqꝫ planetarū
regressiones, & quantum durabunt eorum regressiones,
si contigerint. Iam etiam verso folio duplex offerunt pa-
ginæ facies: sinistra quidem facie numeri motuum uero-
rum, in gradibus & minutis disponuntur. Verum quo

articulatus singula discernas, in ea facie ad sinistram Mensis notatur, cum insigni-
bus quibusdam suis diebus festiuis, literaçꝫ Dominicali repetita, ac numero dierum
suorum, ut certo & omnibus noto tempori motus certus assignetur. Succedunt
deinceps octo columnulæ, lineis discretæ singularibus, quarum prima Solis est, se-
cunda Lunæ, tertia Saturno, quarta Ioui, quinta Marti, sexta Veneri, septima Mer-
curio, octaua capiti draconis Lunæ dicatur, characteribus proprijs hunc ordinem
superne commonstrantibus. Unaquæcꝫ etiam columnula duplēm habet numero-
rum ordinē, graduum uidelicet ac minutorum per literas gr. & m. in capitibus eos
rum notatorum, qui cuius sint signi, character proximè suprapositus admonet. Om-
nis autem motus uerus hic designatus ad meridiem refertur diei, cuius numero op-
ponuntur gradus, & minuta talis motus. Dies etiam æquales supponunt, ueluti sup-
putatio postulat Astronomica. Cœterum singulæ planetarum columnulæ binas in
capitibus gestant literas, quæ singulorum partem latitudinis ad initia mensium in-
dicant, nempe his duabus S.A. Septentrionalis ascendens: Illis autem S.D. Septen-
trionalis descendens planeta insinuatur. Sic M.D. meridianum descendenterem: &
M.A. meridianum ascenderem significant. Latitudines autem quinqꝫ planetarum
in gradibus, & minutis in calce cuiusvis mensis ad primum, decimum & uigesimum
diem mensis suprapoliti depræhendes, quæ secundum literarum capitalium signa-
tionem iam supra expositam, nomen sortientur, planetisqꝫ adaptabuntur: nisi in te-
xtu numerorum à capite columnulæ ad pedem eiusdem descendendo litera S.M.
uel A.D. à capitalibus discrepans, occurrit: tunc enim aut latitudo planetæ, aut e-
ius ascensus uel descensus in latitudine pro literæ expressione mutabitur. Nunc de-
sum quæ in dextra facie notantur, addiscamus. Sed maiorem huius interpretatio-
nis partem, titulus capitalis absoluit, quippe aspectus Lunæ ad Solem & planetas, sex
columnulis exponuntur, quæ Solis ac planetarum sex proprias notas in capitibus
tabulæ aspectuum assignatas gerunt. Aspectuum quidem differentijs, per charac-
ters etiā suos designatis, ♂ Opposito, △ Trigono, □ Quadrato, ✶ Sextili, ○ Con-
iunctione. Horis autem, quibus aspectus ipsi perficiuntur, à meridie initium sumen-
tibus, post aspectus characterem adiunctis. Verum coniunctiones luminarium, op-
A positiones,

Spring 4 exposito
ex humeri ab